



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197089**

Dominica IV. Quadrages.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

as hor-  
as ex-  
urbatio-  
horror  
us per-  
aqueo-  
eorum  
  
mutus  
ræ fa-  
pecca-  
ia fidu-  
avit, &  
recun-  
ylost,  
nden-  
onfun-  
. Bret-  
  
autum,  
et mu-  
Primi  
ublica  
• II.  
, cum  
debe-  
, qui  
ces Dei  
can-

cantare, & orare. Primi Muti Chri-  
stiani violent præceptum fraternæ Cor-  
rectionis ; Secundi profanant Sacra-  
mentum Pœnitentiæ ; Tertij desunt  
Officio suo colendi Deum, seu Religio-  
nis. Nicolaus de Dijon Capucin.



## DOMINICA IV. QUADRAGES.

THEISIS I. *Unde ememus panes?* *solicitude.*  
Joan. 6. v. 5. Est enim Solici-  
tudo, quæ decet. II. *Solicitudo, quæ  
prodest.* III. *Solicitudo, quæ nocet.*

THEISIS II. *Cum vidissent, quod Miraculū.*  
JESUS fecerat signum. Luc. 6. v. 14.  
Miracula quotidiana in Ecclesia sunt :  
I. Eucharistia. II. Confessio. III.  
Gubernatio Mundi &c. Sed quia quo-  
tidiana, jam non sunt in consideratio-  
ne apud homines &c. Vide sis Lectiones III.  
Noctur. in todier. Brev.

THEISIS III. *Sequebatur eum multi- Commodū  
tudo magna,* Luc. 6. v. 2. I. *Magna proprium  
pars*



pars hominum sequitur Deum tantum  
propter bona Temporalia , & honores  
mundanos. II. Alia pars hominum  
alijs non benefaciunt , nisi ob proprium  
**Commodum** , & rationem Politicam.  
**Quæritis me** , non quia vidistis signa  
sed quia manducastis ex panibus , &  
saturati estis. Joan. 6. v. 26. Quād  
multi non quærunt JESUM , nisi ut fa-  
ciat illis bene : impletur quotidie talis  
bus Ecclesia, vix quæritur JESUS pro-  
pter JESUM. S. Aug. c. 6. tract. 23. II  
Joan. Bretteville. h̄c.

*Auxiliū  
Dei.*

THESES IV. *Ipse enim sciebat, qui  
esset facturus.* Luc. 6. v. 6. Deus in-  
se perfecte confidentibus I. vel imme-  
diatē per se ipsum , multiplicando eis  
gratias. II. Vel per alios , quibus suam  
voluntatem aperit , & incitat ad bene-  
faciendum ijs. III. Vel per ipsosmet  
benedicendo illorum labores, fructus-  
que, subvenit. Quæritur enim quo-  
modo & quando , & ubi quinque panes  
fuerint multiplicati? S. Augustinus tract.  
24. in Joan putat , id contigisse intra  
manus Christi. S. Chrysostomus credit ,  
accidisse id intra manus Discipulorum,  
cūm distribuerent. hom. 14. S. Hi-  
larius hom. 3. de Trinit. tenet, id eve-

nil:



nisse intra manus discubentium , &  
frangentium. Certamen fit inter Pa-  
nes, & Homines, homines manducant,  
panes crecent; vincunt panes, homi-  
nes superanrur, illi sufficiunt, isti defi-  
ciunt. Euseb. Emissenus hic.

THESES V. *Panes non sufficiunt Fiducia in  
eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Deum.*

Luc. 6. v. 7. De Dei Providentia non  
esse Dubitandum, non Murmurandum,  
non Diffidendum; Sunt enim I. Dubi-  
tantes increduli. II. Murmurantes im-  
prudentes, & ingratii. III. Diffidentes  
timidi & pusillanimi.

THESES VI. *Impleti sunt. Luc. Mensa.*

6. v. 12. Tribus adducti rationibus  
postulumus ire in Suspiria Job : Dum  
comedo, suspiro : I. Quia comedendo  
assimilamus nos brutis animalibus.  
II. Occasionem temptationibus ponim-  
us. III. Proferendo vitam incola-  
tum prolongamus.



DO-

